

175  
cula et factum est per gulum ligneum in quo omnes episcopi ascende-  
rent simul cum beato fransisco. et cum magna multitudo  
gentium ibi esset aggregata circa per gulum. dixit beatus  
fransiscus inter episcopos. **D**ominus vestrum uult dicere et predicare  
et ueniam annunciare et ipsi episcopi uenerunt in unum.  
et dixerunt inter se. **N**os habemus sequi uoluntatem tuam  
fransisce secundum tenorem litterarum papalium. **A**d  
hoc respondit beatus fransiscus. **N**on sum dignus  
uolo tamen aliquis dicere et predicare in spiritu gentium et  
habebat cedula in manu. dicebat in magno fer-  
uore spiritus. **E**go uolo uos omnes hodie mittere ad  
paradisum et annuncio uobis indulgentiam et manda-  
ta regis celestis. que sunt ad instantiam matris sue et  
uos annuntiabitis una mecum. **E**t predicauit beatus  
fransiscus admodum benigne et uulsi. ita ut uideretur potius  
angelus celestis quam homo terrestris et per sanctum sermo-  
nem denuntiavit indulgentiam. **V**idelicet quod quicumque  
uenierit ad ipsam ecclesiam sancte **M**arie ingressum  
habebit propter indulgentiam omnium peccatorum a pena  
et a culpa sic prius deum est. et hoc locum quolibet anno  
habeat perpetuum. **A**udientes uero episcopi tale indul-  
gentiam beati fransisci pronuntiasse indignati sunt et